A. D. 1917. Nrus XV.

CURRENDA

Benedictio et conservatio coemeteriorum bellicorum.

Ad mentem plurium e parte c. et r. Praefecturae militaris ad Nos directorum scriptorum sequentia P. T. Clero dioecesano communicare ac praecipere Nobis placuit:

1. Diebus 31. Octobris atque 1. et 2. Novembris instituentur a potestate civili collectae augendi illius fundi gratia qui ad conservanda in perpetuum coemeteria bellica destinatus est. Dictae collectae fiant oportet non intra sed extra ecclesias et coemeteria. Quodsi alicubi P. T. Clerus in adiutorium in hoc negotio ferendum, invitabitur — iuxta vires — hoc iuvamen, uti speramus, praestabit.

2. In omnibus Dioeceseos Nostrae eclesiis parochialibus et filialibus celebrabuntur die 3. Novembris aut die proxima libera devotiones funebrales pro huius atrocissimi belli victimis, constantes e Missa cantata atque conductu maiore ad tumbam; ad quam devotionem officia publica invitabuntur.

3. Eodem die aut alio libere electo benedicent illarum parochiarum Rectores, in quarum ambitu coemeteria bellica extructa sunt, ea sepulchra, quae certo catholicorum militum continent cadavera. Occurente vero dubio de religione tumulati pars benignior eligatur et sepulchra omnia benedicenda sunt; — stante autem certitudine de eius heterodoxia, benedictio omittatur. Ritus benedictionis adhibeatur aut ille, qui communiter in Cantionalibus habetur, aut ille, quem quidem Ritualia exhibent, ast solis constans orationibus et aspersione, aliis caeremoniis omissis. —

N. B. O terminie poświęcenia cmentarzy wojennych zechcą odnośni P. T. Rządcy parafii zawiadomić możliwie rychło tutejszą c. i k. Komendę cmentarzy (K. u. k. Schlachtfeld- Aufraümungs- Kommando in Tarnów); o ile w obrębie parafii znajduje się ich więcej należy zaznaczyć czy poświęcenie odbędzie się w jednym, czy też w różnych dniach, które także oznaczyć trzeba.

Nadto jest życzeniem Władzy wojskowej, by P. T. Duszpasterze zaprosili w niedzielę poprzedzającą ludność parafialną do licznego udziału, i zachęcili ją usilnie do szanowania cmentarzy poległych, gdyż zdarzały się złośliwe uszkodzenia takowych w niektórych miejscowościach.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Translati: R. Dni Cooperatores: *Dydo Romanus* e Cmolas ad Podegrodzie: *Grecki Joannes* e Podegrodzie ad Bobowa; *Kaczmarczyk Joseph* e Okulice ad Cmolas; *Skibniewski Aloisius* e Bobowa ad Trzciana; *Teper Joannes* e Trzciana ad Okulice.

Piis ad aram precibus commendatur:

Amima m. p. *Jarmulski Arthuri,* em. parochi de Wilczyska qui die 5. Octobris h. a. pie in Domino obdormivit S. p. a.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 15. października 1917.

Ks. Stanisław Bulanda
kanclerz

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.